immo quod grauius est cõtumeliam irrogasti. Et sic rex facta hm̃oi re
sponsione et ꝑlata iuxta allegationẽ cõtra seruũ nequã tulit iustaz sen
tentiam. qꝛ tradidit eum tortoribus. i. iusticiarijs suis qui sententias la
tas cõtra malefactores exequebantur vt ip̃m tã diu penis grauissimis
affligerẽt quo vsq3 redderet vniuersũ debitũ cum tñ non haberet vnde
reddere posset q. d. rex. Sicut est impossibile eũ reddere debitum. sic est
impossibile eum de penis in eternũ exire Sic ergo vidimus in rege duo
magna bona sc3 pietatẽ magnam in eos qui eam petunt. ⁊ seuerã iusti
ciam in eos qui ip̃m offendunt et ad iudiciũ suum veniũt. Et ideo si ad
xp̃m regem recurrimus oportet ꝙ pietas ad presentẽ vitam. iusticia ve
ro ad futuram penitus referat̃. Sic etiaz vidimus in seruo duo grauia
peccata. sc3 ingratitudinem et crudelitatez que sunt pc̃a deo valde o/
dibilia et ab eo grauiter puniunt̃. et ideo multũ sunt cauenda Ingrat⁹
siquidem est deo qui beneficia ab eo recipit non bene recognoscit ⁊ ma
xime qui post acceptam remissionẽ peccatoꝝ et recuꝑatam gratiaz ad
peccata redit Item ingratus est qui de beneficijs acceptis gratias nõ
agit. Sed omnium ingratissimus est qui beneficioꝝ oblitus existit. p̃s.
Obliti sunt beneficioꝝ eius. Crudelis qui fratri indigẽti vel tribulatio
nem patienti in corde non ꝯpatitur. qui cum p̃t non miseret̃. qui veniã
petenti nõ ꝯcedit. qui sine causa ꝓximum ledit. Quilibet istoꝝ sc3 ingra
tus et crudelis indignus dei misericordia meret̃ p̊uari cõsolatione ⁊
gratia. iuste sibi debentur eterna suꝑplicia Ista em̃ peccata sc3 ingratitu
do et crudelitas recte sunt cõtra ius nature et cõtra ius legis scripte ⁊
contra ꝯsuetudinem xp̃iane vite. et ideo talia agentes sunt deo odibi/
les et apud homines infames. et demonibus similes. Rogem⁹ ꝛc.

## Dominica xxiiij. post pentecostes apd̃ seculares

## Abeuntes pharisei consilium inierunt vt

227 Iesum caperẽt in sermone. Math. xxij. In populo iudeoꝝ maio
res inimici et persecutores quos xp̃s habuit fuerunt pharisei
qui portantes habitũ religionis et quasi sancti reputabãtur a ꝑplo. ⁊
hi sola inuidia oderant xp̃m Quia em̃ viderãt xp̃m in maiori fama san
ctitatis q̃3 ipi fuerunt et populũ libentius eũ in predicatione audire q̃3
eos lic3 xp̃s nõ offẽderit eos tñ vt inuidi dolẽtes de gratijs xp̃i nitebã
tur ad eius destructionem vt nõ solum fama sed etiam ꝑsona tolleretur
de terra. et ido detrahebãt ei d. In beelzebub p̃n. de. ꝛc. Sanctitati ei⁹
dicẽtes Cũ pec. man. et bibit. Doctrine eius dicẽtes. Non est hic homo

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-491/0346
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG